

**INTROIT Gal 6: 14**

Mihi autem absit gloriári nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. (Ps. 131: 1) Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis ejus. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Mihi autem absit gloriári nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

**COLLECT**

Infirmítatem nostram réspice, omnipotens Deus: et, quia pondus própriæ actiõnis gravat, beáti Ignátii Mártyris tui atque Pontíficis intercèssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE Rom 8: 35-39**

Fratres: Quis nos separábit a caritaté Christi? tribulátio? an angústia? an fames? an núditas? an perículum? an persecúitio? an gládius? (sicut scriptum est: Quia propter te mortificámur tota die: æstimáti sumus sicut oves occisionis). Sed in his ómnibus superámus propter eum, qui diléxit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque ángeli, neque princípátus, neque virtútes, neque instántia, neque futúra, neque fortitúdo, neque altitúdo, neque profúndum, neque creatúra álía póterit nos separáre a caritaté Dei, quæ est in Christo Jesu Dómino nostro.

**GRADUAL Ecclus. 44: 16**

Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuít Deo. V. Non est invéntus similis illi, qui conserváret legem Excélsi.

*(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)*

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. Christo confíixus sum cruci: vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus. Allelúja

**TRACT Ps 20: 3-4**

Desidérium ánimæ eius tribuísti ei: et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. V. Quoniam prævenísti eum in benedictiõnibus dulcédinis. V. Posuísti in cápite ejus coronam de lápide pretióso.

**GOSPEL John 12: 24-26**

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen, dico vobis, nisi granum fruménti cadens in terram, mórtuum fúerit, ipsum solum manet: si autem mórtuum fúerit, multum fructum affért. Qui amat ánimam suam, perdet eam: et qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. Si quis mihi ministrat, me sequátur: et ubi sum ego, illic et mínister meus erit. Si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater meus.

**OFFERTORY Ps 8: 6-7**

Glória et honóre coronásti eum: et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, Domine.

**SECRET**

Hóstias tibi, Dómine, beáti Ignátii Mártyris tui atque Pontíficis dicátas méritis, benignus assúme: et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsidiúm. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION**

Fruméntum Christi sum: déntibus bestiárum molar, ut panis mundus invéníar.

**POSTCOMMUNION**

Refécti participatióne múneris sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto Ignátio Mártyre tuo atque Pontífice, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

God forbid that I should glory, save in the cross of our Lord Jesus Christ: by whom the world is crucified to me, and I to the world. (Ps 131: 1) O Lord, remember David and all his meekness. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. God forbid that I should glory, save in the cross of our Lord Jesus Christ: by whom the world is crucified to me, and I to the world.

Have regard to our weakness, O almighty God, and since the burden of our deeds is grievous to us, grant that the glorious intercession of blessed Ignatius Thy martyr and bishop may protect us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, who shall separate us from the love of Christ? shall tribulation? or distress? or famine? or nakedness? or danger? or persecution? or the sword? (As it is written, for Thy sake we are put to death all the day long: we are accounted as sheep for the slaughter.) But in all these things we overcome because of Him that hath loved us. For I am sure that neither death, nor life, nor angels, nor principalities, nor powers, nor things present, nor things to come, nor might, nor height, nor depth, nor any other creature shall be able to separate us from the love of God, which is in Christ Jesus our Lord.

Behold, a great priest, who in his days pleased God. V. There was not any found like to him, who kept the law of the Most High.

*(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)*

*(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)*

With Christ I am nailed to the cross: I live, now not I, but Christ liveth in me. Alleluia.

Thou hast given him his heart's desire, and hast not withheld from him the will of his lips. V. For Thou hast prevented him with blessings of sweetness. V. Thou hast set on his head a crown of precious stones.

At that time, Jesus said to His disciples: Amen, amen I say to you, unless the grain of wheat falling into the ground, die, itself remaineth alone: but if it die, it bringeth forth much fruit. He that loveth his life, shall lose it; and he that hateth his life in this world, keepeth it unto life eternal. If any man minister to Me, let him follow Me; and where I am, there also shall My minister be. If any man minister to Me, him will My Father honor.

Thou hast crowned him with glory and honor: and hast set him over the works of Thy hands, O Lord.

Graciously accept, O Lord, the offerings dedicated unto Thee, through the merits of blessed Ignatius Thy martyr and bishop; grant that they may become our perpetual support. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

I am the wheat of Christ; may I be ground by the teeth of beasts, that I may be found pure bread.

Refreshed by the participation in the holy gift, we beseech Thee, O Lord our God, that by the intercession of blessed Ignatius Thy martyr and bishop, we may experience the effect of that which we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.